



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LIBRI || OFFICIALIS || SIVE AGENDAE S.|| TREVERENSIS
ECCLESIAE PARS || POSTERIOR, IN QVA IAM PRIDEM
RECEPTI ET || longa consuetudine confirmati
Catholico-||rum ritus, quasi in vnum corpus ...**

Jakob <III., Trier, Erzbischof>

Trevorum, 1576

VD16 ZV 206

Psalmi graduales cum precibus consuetis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75472)

PSALMI GRADVALES.

Incipiuntur absolute siue Antiphonis, & in fine nō dicitur Gloria patri. neq; Requiē, nisi post quintum Psalmum, Nisi quia dominus.

PSALMVS 119.

Ad dominum cum tribularer, clamaui; & exaudivit me.

Domine libera animam meā a labijs iniquis: & a lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam.

Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus desolatorijs.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitavi cū habitantib⁹ Cedar: multū incela fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

PSALMVS 120.

Leuavi oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meū a domino: qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum. neque dormitet, qui custodit te.

Ecce nō dormitabit: neq; dormiet, q custodit Israhel.

Dominus custodit te, dominus protectio tua: super manum dexteram tuam.

Per diem sol non vret te: neque luna per noctem.

Domi-

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animā tuam dominus.

Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum: ex hoc nunc & vsque in sæculum.

PSALMVS 121.

Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis Hierusalem.

Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus domini testimonium Israhel: ad confitendum nomini domini.

Quia illuc federunt sedes in iudicio: sedes super domum Dauid.

Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem: & abundantia diligentidus te.

Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domum domini dei nostri: quesiuī bona tibi.

PSALMVS 122.

Ad te leuauī oculos meos: qui habitas in cœlis.

Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nostri.

Miserere nostri domine, miserere nostri: quia multum re-

V tum re-

tum repleti sumus despectione.

Quia multum repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus, & despectio superbis.

PSALMVS 123.

Nisi quia dominus erat in nobis, dicat nunc Israel: nisi quia dominus erat in nobis.

Cum exurgerent homines in nos: forte viuos deglutissent nos.

Cum irasceretur furor eorum in nos: forsitan aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertransiuit anima nostra: forsitan pertransisset anima nostra aquam intollerabilem.

Benedictus dominus: qui non dedit nos in captiorem dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venantiū.

Laqueus contritus est: & nos liberati sumus.

Adiutorium nostrum in nomine domini: qui fecit coelum & terram.

Versic. Requiem æternam dona eius domine.

Respo. Et lux perpetua luceat eis. **Deinde flexis genibus.**

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.

Pater noster. **Secreto. Versic.** Et ne nos inducas in.

Respon. Sed libera nos a malo. **Versic.** A porta inferi.

Respon. Erue domine animas eorum. **Versic.** Re-

quiescant in pace. **Respon.** Amen. **Versic.** Domine

exaudi orationem meam. **Respon.** Et clamor meus

ad te veniat. **Versic.** Dominus vobiscum. **Respon.**

Et cum spiritu tuo.

.ORATIO.

ORATIO.

Oremus. Absolve, quæsumus domine, animas famulorum famularumq; tuarum, & omnium fidelium defunctorum, ab omni vinculo delictorum; vt in resurrectionis gloria, inter sanctos, & electos tuos resuscitati respirēt. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum. &c. **Respon.** Amen.

Dicta oratione statim dicuntur alij Psalmi graduales qui sequuntur. in fine vero cuiuslibet Psalmi dicitur. Gloria patri & filio, & spiritui sancto. Sicut erat. &c.

PSALMVS 124.

Qui confidunt in domino sicut mons Sion: non commouebitur in æternū qui habitat in Hierusalē.

Montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc & vsq; in sæculum.

Quia nō derelinquet dominus virgā peccatorū super fortē iustorū: vt nō extēdāt iusti ad iniquitatē manū suas.

Benefac domine bonis: & rectis corde.

Declinantes autē in obligationes, adducet dominus cum operantibus iniquitatem: pax super Israel.

Gloria patri & filio & spiritui sancto; Sicut erat. &c.

PSALMVS 125.

V 2 In con-

In conuertendo dominus captiuitatem Sion: facti sumus sicut consolati.

Tunc repletum est gaudio os nostrum: & lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter gentes: magnificauit dominus facere cum eis.

Magnificauit dominus facere nobiscum: facti sumus letantes.

Conuerte domine captiuitatem nostram: sicut torrens in Austro.

Qui seminant in lachrimis: in exultatione metent.

Euntes ibant, & flebant: mittentes semina sua.

Venientes autem venient, cum exultatione: portantes manipulos suos.

Gloria patri & filio: & spiritui sancto. Sicut erat. &c.

PSALMVS. 126.

Nisi dominus ædificauerit domum: in vanum laborauerunt qui ædificant eam.

Nisi dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat, qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucē surgere: surgite postquā federitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hæreditas domini filij; merces fructus ventris.

Sicut sagitte in manu potentis: ita filij excussorum.

Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis: non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

Gloria patri & filioi & spiritui sancto. Sicut erat. &c.

PSALMVS

Graduales.

233

PSALMVS 127.

Beati omnes qui timent dominum: qui ambulant
in vijs eius.

Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus
es, & bene tibi erit.

Vxor tua sicut vitis abundans: in lateribus domus tuę.

Filij tui sicut nouellę oliuarum: in circuitu mensę tuę.

Ecce sic benedicetur homo: qui timet dominum.

Benedicat tibi dominus ex Sion, & videas bona Hie-
rusalem: omnibus diebus vitę tuę.

Vt videas filios filiorum tuorum: pacem super Israel.

Gloria patri & filio: & spiritui sancti. Sicut erat in prin-
cipio & nunc & semper: & in sæcula sæculorũ. Amen.

PSALMVS 128.

Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea: dicat nũc
Israel.

Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea: etenim
non potuerunt mihi.

Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: pro-
longauerunt iniquitatem suam.

Dominus iustus concidet ceruices peccatorũ: cõfundã-
tur, & conuertantur retrorsum omnes qui oderũt Siõ.

Fiant sicut fœnum tectorum: quod priusquam euel-
latur, exaruit.

De quo non impleuit manum suam, qui metet: & fi-
num suum qui manipulos colliget.

Et non dixerunt qui præteribant, benedictio domini

V 3 super

supervos: benedicimus vobis in nomine domini.

Gloria patri & filio. & spiritui sancto. Sicut erat in principio & nunc & semper: & in sæcula sæculorū. Amen.

Postea dicitur flexis genibus. Kyrie eleison. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Secreto.

Versic. Et ne nos. Respo. Sed libera. Versi. Memento congregationis tuæ. Respon. Quam possedisti ab initio. Versic. Domine exaudi orationem meam.

Respon. Et clamor meus ad te veniat. Versic. Dominus vobiscum. Respon. Et cum spiritu tuo.

O R A T I O.

Oremus. Deus, cui proprium est misereri semper, & parcere, suscipe deprecationem nostrā: vt nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis absoluat. Per Christum Dominum nostrum. **Responsio. Amen.**

Deinde absolute vt supra dicitur.

PSALMVS. 129.

De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocē deprecationis meæ.

Si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit.

Quia apud

Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius: speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina vsq; ad noctem: speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius.

Gloria patri & filio: & spiritui sancto. **S**icut erat in principio & nunc & semper: & in secula seculorū. Amen.

PSALMVS 130.

Domine non est exaltatum cor meum: neque elati sunt oculi mei.

Neque ambulavi in magnis: neque in mirabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animā meā.

Sicut ab lactatus est super matre sua: ita retributio in anima mea.

Speret Israel in Domino: ex hoc nunc, & vsque in seculum.

Gloria patri & filio: & spiritui sancto. **S**icut erat in principio & nunc & semper: & in secula seculorū. Amen.

PSALMVS 131.

Memento Domine Dauid: & omnis mansuetudinis eius.

Sicut iuravit Domino: votum vouit Deo Iacob.

V 4 **S**i intro-

Si introiero in tabernaculum domus meæ: si ascēdero in lectum fratris mei.

Si dederō somnum oculis meis: & palpebris meis dormitationem.

Et requiem temporibus meis, donec inueniam locū domino: tabernaculum deo Iacob.

Ecce audiuimus eam in Ephrata: inuenimus eam in campis filuæ.

Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius.

Surge domine in requiem tuam: tu & arca sanctificationis tuæ.

Sacerdotes tui induantur iustitiā: & sancti tui exultēt.

Propter Dauid seruū tuū: non auertas faciē Christi tui.

Iurauit dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filij tui testamētum meum: & testimonia mea hæc, quæ docebo eos.

Et filij eorum vsq; in sæculū: sedebunt super sedē tuam.

Quoniam elegit dominus Sion: elegit eam in habitationem sibi.

Hæc requies mea in sæculum sæculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.

Vidua eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus.

Sacerdotes eius induam salutarī: & sancti eius exultatione exultabunt.

Illuc producam cornu Dauid: parauī lucernam Christo meo.

sto meo.

Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem effloreat sanctificatio mea.

Gloria patri & filio: & spiritui sancto. Sicut erat. &c.

PSALMVS 132.

Ecce quam bonum, & quam iucundum: habitare fratres in vnum.

Sicut unguentum in capite: quod descendit in barbam; barbam Aaron.

Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut ros Hermon qui descendit in montem Sion.

Quoniam illic mandauit dominus benedictionem: & vitam vsque in sæculum.

Gloria patri & filio: & spiritui sancto. Sicut erat. &c.

PSALMVS 133.

Ecce nunc benedicite dominum: omnes serui domini.

Qui statis in domo domini: in atrijs domus Dei nostri.

In noctibus extollite manus vestras in sancta: & benedicite dominum.

Benedicat tibi dominus ex Sion: qui fecit cœlum & terram.

Gloria patri. Sicut erat. Deinde dicitur flexis genibus.

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Secreto. Versi. Et ne nos. Respo. Sed libe.

Versic. Saluos fac seruos tuos & ancillas tuas. Respo.

Deus meus sperantes in te. Versic. Domine exaudi orationem meam. Res. Et clamor meus ad te veniat.

Versic. Dominus vobiscum. Respo. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Oremus. Prætede domine famulis,
& famulabus tuis dexteram cœlestis
auxilij: vt te toto corde perquirant: &
quæ digne postulant, consequi mere-
antur. Per Christum dominum no-
strum. *Respon.* Amen.

INITIA QVATVOR EVANGELIORVM.

Secundum Mattheum.

Iber generationis Iesu Christi fi-
lij Dauid, filij Abrahã. Abrahã
genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob.
Iacob autem genuit Iudam. & fratres
eius. Iudas autem genuit Phares, &
Zaram, de Thamar. Phares autem ge-
nuit Efron. Efron autem genuit Arã.
Aram autem genuit Aminadab. Ami-
nadab autem genuit Naason. Naason
autẽ genuit Salmõ. Salmõ autẽ genuit
Boor